

53. cum *pr* omissione, & *comm*inatione circa infideles, *pr*æcipiens de viâ seu itinere, quo ad perfectionem debeamus contendere.
54. Qua propter de fide gratiæ & conversione propriè præcipiens, utitur lege;
55. partim ut *judice* terrente & damnante, & *pedagogo* accusante, ad recipiendam faciliùs gratiam, & conversionem inchoandam:
56. partim ut *consiliario* & *pedagogo* ostendente, quorsum per conversionem oporteat magis magisq; contendere.
57. Utrumque fedus vel *nudè* spectatur, vel *cum circumstantiis*.
58. *Vetus*, nudum fuit ante lapsum: post lapsum repetitum, & vestitum quasi federe gratiæ.
59. *Novum*, primò quasi *infantis* ætatis, ante circumcisionem & legem Moisaicam; cum *Adamo* & semine ejus: